

A R N O L D I
V I N N I I J C.
I N Q U A T U O R L I B R O S
I N S T I T U T I O N U M
I M P E R I A L I U M
C O M M E N T A R I U S .
A C A D E M I C U S , E T F O R E N S I S .

G O T T L . H E I N E C C I U S J C.

Recensuit, & Praefationem Notulasque adjecit.

E D I T I O N O V I S S I M A , cui accedunt ejusdem V I N N I I ,

Q U E S T I O N E S J U R I I S E L E C T A E
Cum Indicibus locupletissimis.

T O M U S P R I M U S .



BIBLIOT. ETAT. DEPTORIT.
FOLIO 110 D 3 SEPT. 1868.

L U G G D U N T .

S umptibus P E T R I B R U Y S E T & S O C I O R U M ,

M. D C C . X L V I I .

C U M P R I V I L E G I O R E G I S .
OCTAVIUS F. C. M. IMPRIMEL
LIBRARIUS ET LIBRAEUS PLONIANUS



LECTORI

S. P. D.

JO. GOTTL. HEINECCIUS.



Um multa à vitiis etiam doctissimis reprehendi solent in operosa illa ac præclara Justiniani legislatione; tum sæpenumero quibusdam mirari contingit, atque etiam stomachari, quod Imperator, illa perfecta, Jureconsultus leges interpretandi illustrandique facultate, tanquam aqua & igni, interdixerit, eosque ad confienda admonitoria, ~~admonitoria~~ atque indices improviso consilio damnarit (a). Legum enim interpretationem tam credunt plerique necessariam, ut ea civitatem non facilius, quam ipsis legibus, carituram, officiumque Jurisconsultorum sine illa præclara facultate inane atque infructuosum Reipublicæ futurum, arbitrentur. Qua fronte inquunt, JCti sustinebit nomen, qui leges nescit? Leges autem quo pacto scire se dixerit, qui verba earum tenet, non vim ac potestatem? (b) Vim denique ac potestatem legum an quisquam, quantacumque sit ingenii perspicacia, adsequetur, si non modo interpretationes nullæ existent, verum etiam iis, qui hanc Reipublicæ operam navare cupiunt, grave ex lege Corielia judicium imminent? (c) Accedit, quod quum nulla lex, nullumque SCtum, teste Juliano, (d) ita scribi possit, ut omnes, qui quandoque inciderint, casus comprehendant, imperfectam admodum ac veluti macilentam esse oporteret jurisprudentiam, nisi illi succus ac sanguis ex interpretatione prudentum accederet. Denique & experientiam, rerum omnium magistrum, Romanos docuisse existimant, hac Jureconsultorum opera tempublicam carere non posse. Sane enim quid artificiosius unquam scriptum fuisse dicamus, quam illum XII. Tabularum libellum, cajus ~~temporis~~ spacioꝝ xij. dñe p̄fittos avygnos & posteri, teste Diodoro Siculo (e) unice sunt admirati; quem Crassus apud Ciceronem (f) omnibus omnium Philosophorum bibliothecis antepoluit, quem denique Livius (g) fontem universi privati-

(a) Constit. Deo auctore, §. 12. de concept. Dig.

(b) L. 17. ff. de legib.

(c) Constit. Tanta, §. 11. de conf. Digest.

(d) L. 10. l. 11. l. 12. ff. de legib.

(e) Diodor. Sicul. lib. XIII. cap. 16.

(f) Cic. de Oratore lib. I. cap. 44.

(g) Liv. lib. III. cap. 34.

I

ARNOLDI
VINNII, J. C.
IN LIBRUM PRIMUM
INSTITUTIONUM
IMPERIALIUM
COMMENTARIUS
ACADEMICUS ET FORENSIS.

CUM NOTIS AD TEXTUM.

PROOEIUM.

De Confirmatione Institutionum.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU-CHRISTI.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIUS JUSTINIANUS, ALFMANICUS, GOTTHICUS, FRANCICUS, GERMANICUS, ANTICUS, ALANICUS, VANDALICUS, AFRICANUS, PIUS, FELIX, INCLYTUS, VICTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER AUGUSTUS, cupidæ legum juventati S.



MPERATOR] Hoc nomine eti appellarentur omnes exercitus ductores
propræ tamen id tribui solebat iis,
qui re bene gesta hoc honoris titulo
acclamatione militum vel decreto Senatus de-
corati essent. Post occupatam Rempublicam
perpetuum Principis prenomen esse coepit ex
S. C. Hotomannus ex Cic. Tacit. Sueton. Dion.
Appian. Vina. Sed tamen Byzantini Imper-
ratores plerique hoc cognomen dimiseraunt
Vinamus in institut.

ante Justinianum nostrum, qui illud primus re-
vocavit in usum, primus postlimino veluti
renunciatus *magistrus administrarum*, uti testatur
Agathias libr. 6. p. 157. Ex. Spanhem. *de
Usu & præf. num. Tom. 2. Diff. 11. p. 403.*
Hein.

CÆSAR] cognomen familie in gente Ju-
lia, quod post C. Julium factum est heredi-
tarium Imperatorum. Procedente tempore,
eodem nomine appellati & qui vivo Imper-
tatore designati augulæ majestatis heredes,
l. 7. *Cod. de malo. & malo. Spartian. in
Alio Vero*, ubi & hunc ipsum primum Cæsarem
ea ratione appellatum testatur. Hodie Reges
Romanorum Vocantur. Vinn. Ita quidem Spar-
tianus in *Al. Ver. cap. 2. contra Aurel. Vict. cap. 12. in Trajano* ab Hadriani demum
adoptione divisa esse ait Cesarum & Augu-
sti nomina. Neuter accurate. Omnes Princi-
pium liberi dicti sunt Cæsares, jam à Ne-
ronis temporibus. Domitianus, statim in-
terfecto Vitellio, hoc nomen obtinuit, Tacit.
Hist. Lib. 3. cap. 86. Hinc numi Titi & Do-
mitiani Cesarum apud Spanhem. T. 2. p. 351.